SIcut est zelus amaritudinis qui separat a deo et ducit ad infernuz: ita est zelus bonus qui separat a viciis & ducit ad deum et ad vitā eternā. Hunc ergo zelū feruentissimo amore exerceant monachi. i. vt honore se inuicem preueniant. Infirmitates suas siue corporuz siue morum patientissime tollerent: obedientiam sibi certatim impendant. Nul-

rōa. xii. ephesi. .iiii.

lus quod sibi vtile iudicat se quatur: sed quod magis alii Charitatē fraternitatis ca sto impendant amore: deum timeant abbatem suam sin cera et humili charitate di ligant. Xp̄o omnino nichil preponant q̄ nos pariter ad vitam eternā pducat. Amē.

galat. v
phili. ii.
rōā. x. ii
ephe. v.

¶ Quod nō omnis iu sticie obseruatio in hac regu la sit constituta. Capitulum vltimum. z. lxxiii.

REgulam hāc descripsi mus: vt eam obseruan tes in monasteriis aliquate nus vel honestate morum aut initium conuersationis nos demonstremus habere. Ceterum ad perfectionem conuersationis qui festinati sunt doctrine sanctorum pa trum quarum obseruatio p ducit hominem ad celsitudi nem perfectionis. Que eni pagina aut quis sermo diui ne auctoritatis veteris ac no ui testamenti non est rectissi ma norma vite humane?

Aureum capitu lum et preclara cōclu sio.

Aut quis liber sanctorū catholicorum patruz hoc non resonat vt recto cursu perueniamus ad creatorem nr̄m necnon et collatiōes patrū et instituta et vita eorū? Et regula scti patris nostri Basilii: quid aliud sunt nisi bene viuentiū et obediētiū monachorū exēpla ⁊ instrumēta v̄tutū? Nobis aūt desidiosis ⁊ male viuētib⁹ atq₃ negligentibus: rubor confusionis est. Quisq̄s ergo ad patriā celestem festinas: hanc minimā inchoationis regulam descriptam adiuuante xp̄o perfice. Et tunc demuz ad maiora que supra cōmemorauimus: doctrine virtutumq₃ culmina (deo ptegente) peruenies Amen.

No. cōmēdationem libri collationū

magne humilitatis v̄ba:

Deo gratias.

¶ Bonum notabile super regulā scti benedicti qđ spectat et seruit abbatibus et prioribꝰ ad recte iudicandum.



Lurimi nequaꝗ̄ pleniter intelligētes iudiciorum sentētias in regula sancti patris nostri bñdicti, aliter ꝗ̄ precipit iudicare solent. Sciendum itaqꝫ ē quattuor ibi contineri modos quibus delinquentiuꝫ error corrigatur. ¶ Primꝰ namqꝫ est quem idem pater benedictus proprio iudicio determinauit: vt est qui per negligentiam tempore constituto ad nocturnas nō pulsauerit signuꝫ: inde in orato

trio satisfieri iubet. Et qui ad officium diuinum tarde occurrerit. Et qui per negligētiam hora refectiōis ad mēsam non occurrerit Et si cui aliquid a priore offertur et renuerit accipere. Et si quis dum pronunciat psalmum/ aut antiphonam/aut lectionem fefellerit. Et q̄ pro aliqua arte extollitur ¶ Secūdus est de spiritualib⁹ rebus Unde et ipse dicit. Si quis frater contumax: aut inobediens: aut superbus: ā murmurans. vel in aliquo id est spirituali tantum: contrarius existens sancte regule. q̄ proficiēdo vsq; ad. vii. gradus extenditur: occulte videlicet castigando. publice corripiendo: ieiuniis nimius affligēdo. Verberibus coercēdo pro eodem in emendato ab omnibus orādo: atq; ad vltimum de monasterio ex expellando. ¶ Tertius de rebus exteriorib⁹ hoc est Si damnum quis per negligentiam: aliquod intulerit monasterio.

¶ Quartus de criminalibus delictis.

¶ Deniqꝫ per ordinem eorū- dē repetentes. De primo sciendum est. ꝙ nullatenus aliter nisi iuxta quod regula iubet: omnino fieri debet. hoc est: non alienum: sed proprium iudicium ponendum.

¶ De secundo sollicite curā- dum: quia non omnibus personis: supra dicti gradus cōueniri poterint. quia aliter corripiendi sunt honesti: aliter improbi. Nam regula precipit de contumacibus. vt secrete semel / et secundo admoneantur. Et alibi dicit. Si contumax fuerit: de monasterio expellatur. Necesse est ergo / vt iusto moderamine / vtrumqꝫ discernatur: qualiter secunduz regulam et cōtumax secrete moneri possit: et de monasterio expelli. Ille namqꝫ secrete ē: admonēdꝰ q̄ lꝫ a priore aliq̄d īpatū refutās: mox tñ increpatꝰ emēdatioē ꝑmittit qui ⁊ honestius iure dici poterit Et alit̄ de mōasterio ex

pellandus: qui et cõtumax extitit: & nullam vnq̄ pacto acquiescit suscipere disciplinam: quem omnino contumacem regula vocat. Unde et merito improbus dicēdus est. Quāq̄ et illum improbū vocet: qui licet freq̄nter corripiatur: discipline tamē regule nõ contradicit: qui honestatem quam prius dum se emendare profitens hře videbatur relinquēs: ad improbam duramq̄ mentem transit. Neq̄ igitur (vt supra dictum est) omnibus psonis omnes gradus conuenire poterunt: quia videlicet diuerse sunt qualitates mentiū vt vnde vnus medetur: inde alius perimitur. Cuius propter quorumdam verberib9 sunt coercende persone: quorūdā vero minime. De quorum qualitatib9 regula dicit. Secundum vniuscuiusq̄ qualitatem vel intelligentiam se conformet abbas et aptet. Itemq̄ alibi. vt viderit cuiq̄ expedire: prudenter & cum caritate vicia studeat ampu

tare. Et notandum, tria sē=
per esse inspiciēda. personaȝ
videlicet intentionem. ⁊ mo
dum delicti. Personā vtruȝ
intellectu et modestia vigeat
vel duricia mentis contra=
dictoꝛ existat. Intentionem
vtrum studio an infirmita=
te deliquerit Modum vtrū
grauiter: vel certe leniter er
rauerit vnde et regula dicit
Secūdum modum culpe. ex
communicatiōis et discipli
ne debet extēdi mēsura. Igi=
tur omnis spiritualiter deli
quens tandiu secrete mone
ri debet: donec seipsuȝ impro=
bum reddendo: ab occulto
transeat ad publicum In q̄
publica coꝛreptione: si non
emendauerit: ad excōmuni=
cationem leuium culparuȝ
transibit. Ubi cum diu ten=
tus nequiuerit coꝛrigi: nimi
um ieiunioꝛum maceratiōe
affligatur. Per quod nō coꝛ
reptus (si persona non exti=
terit talis) flagelloꝝ coerce
atur accerrime Si vero per=
sone non admiserit conside=
ratio: cōmuniter ab oibus

misericordia iplozetur om-
nipotens. q si nec isto mo
sanatus fuerit: proiiciatu
a corpore monasterii. Et
contigerit vt per negligen-
tiam. dum autem in loco o
culto aut in publico mone
aliquid damni monasterio
itulerit: excommunicetur in
leuioribus culpis secundu
modum culpe: et post acce-
ptam penitentiam: iterum
reuertatur ad id. Ubi prius
tenebatur. Et non soluz dũ
verbis monetur: verunetiã
si aliquo ex supradictis gra-
du deprimatur.

¶ Capitula aũt istiusmodi
noscenda sunt quibus ordi-
nate hoc intelligi valeant.
Primũ capitulũ ẽ vicesimũ
tertiũ vbi dicit. Si quis fra
ter cõtumax est. ₇c. Secũdũ
vero capitulũ de pueris mi
nori etate qualiter corripiãt
ẽ tricesimũ vbi dt. Dis etas
vel intellect⁹ vbi facile pa-
tet qd in. xxiii. hoc mõ scri-
ptũ est. Sin aũt iprob⁹ ẽ: vi
dicte corpali subdaẗ. in fine
vz capłi vbi dt. Hi tales duz

linquūt: āt ieiuniis nimiis affligant āt acris vberib9 coerceātur vt sanent hoc capitulū seqtur .xxviii. vbi dt Si quis frē freqnter corrept9 non emēdauerit: vbi sil'r. vii. sūt serti pdicti grad9 De. iii. aūt mō iudicioꝝ. sicut supra dispositū est: de dāno exteriori cuiusl3 rei ē intelligēdū Ubi solūmō aiaduertēdū ē / si negligentia interueniēte dannū extiterit scdm modū delicti: ⁊ psonā ⁊ intētionē leuioris culpe iudiciū subibit. In q mō cōtinetur qcqd in rl'a iuenitur: siue grauissime vindicte subiaceat: seu grauiori seu regulari: seu excommunicetur: seu excommunicationi subiaceat. propter hoc q i quibusdā locis iuenitur districtiori discipline subiaceat. qd nōnulli itelligi volūt. vt si occulte aut publice verbis moneantur: in eodez gradu acrius coerceantur.

¶ Quart9 qq3 mod9 vt pdictū est: capitalib9 criminib9 9stat. fornicatione v3 ⁊ adulterii. ⁊ ebrietate assidua. ce-

ceterisq̃ nullo modo nisi peni
tentia corporali secundum
auctoritatem canonicã pur
gantur. In quibus etiã mo
dus et persona ⁊ intentio sẽ
per inspicienda sunt. Ubi pa
riter quoq̃ sanctorũ patrũ
institutio sollicite est perpẽ
denda. Finis.

ORdo sãcti benedicti lõ
go tempore sanctã dei
feliciter rexit ecclesiam Nã
prout in cathalogo sanctorũ
pontificum. papa iohãnes.
xxii. volens scire numerum
prelatorũ ordinis sancti be
nedicti: comperit in libris an
tecessorum suorũ ꝑut iussit
in consilio constãcieñ. ante
valuas eccl'ie monasterii sci
petri apponi et scribi in ma
gnis et patẽtibꝰ lr̃is aureis.
q̃ quindecim milia centum
et septem sunt abbates mo
nasteriorum. Atq̃ triginta
quinq̃ milia quadringẽti et
quinquaginta nouem sunt
eiusdem ordinis sancti cano
nizati. Necnon ex eodẽ ordi
ne electi sũt pape. xxiiii. Car
dinales: centum nonaginta

tres. Epi tria milia quingenti septem. ¶ De ordine pfecto cistercien. prout legitur in libro qui exordium cistercien dicitur circiter mille octingenta monasteria virorum et plura monialium erecta fuisse dicuntur. Ex quorum numerum decem octo summi pontifices assumpti leguntur/ quorum vltimus fuit dominus benedictus papa .xii. qui ecclesiam bernadinorum parisius fundauit dotauit et bursas pro collegiatis instituit. Multi quoqz cardiales/patriarche/archiepi et episcopi inde assumpti fuerunt qui sanctam dei ecclesiam non paucis feliciter rexerunt temporibus.
¶ Item et hic inferius scribuntur aliqui de sanctis memoria dignis qui in eodē cistercien. ordine vitam duxerunt celibem et iam cum angelis triūphant in celis. Et primo secundum attestationes vincentii beluacen. i suo speculo hystoriali. Secundo deuotissimi patris sancti ber

nardi. Tertio ex diuersorum approbatione sanctorum quorum gesta habentur preclara.

¶ Ex scriptis ipsius vincentii. Sanctus robertus primus abbas cistertii. libro. xxvi. capitulo. nonagesimo quarto Albericus sanctus abbas. cistertii. li. xxvi. c. lxxxxv. Stephanus tertius abbas cistercii sub quo intrauit religionem beatus bernardus. li. xxvii. ca. i. et secundo Beatus bernardus abbas clareuallis cuius corpus gloriosum ibidem patentibus fulget miraculis. li. xxvii. capitulo. i. Beatus petrus de tharenthasia cuius corpus gloriosum quescit in monasterio de bellavalle. l. xxviii. ca. xxiiii. Sanctus thomas cantuariensis. archiepiscopus l. xxx. c. xv Beatus guillermus bituricensis. archiepiscopus qui prius fuerat abbas caroli loci. li. xxx. capi. xxxvi Eugenius papa tercius religiosus beati bernardi clareuallis deinde abbas sancti anastasii et ibi assumptus. li. lxxx. ca. i Odefredus monachus clareuallis. et postea episcopus lingonensis. li. lxxx. ca. i.

Hugo primus abbas põtig-
niati.li.xxviii.ca.xxvii
Guillerm⁹ anglic⁹ mõach⁹
li.xxx.ca.vi.vii.viii.ix.x.
Christianus monachus de
elemosina.li.xxx.ca.xi.xii
Hugo abbas boneuallis.li.
.xxx.capitulo .xxxiii.xxxiiii.
xxxv.xxxvi.
Johannes primus abbas bo
neuallis et tandem episco-
pus valentinus.libro xxvii.
capitulo.xliii.
Reginaldus abbas cistercii
libro xxviii.ca.c.xxviii
Helinandus historiograph⁹
professus frigidi montis lib
xiii.capitulo c.viii

Ex dictis et scriptis
beati Bernardi

Girard⁹ frẽ bti bernardi pri⁹
miles ⁊ postea cellarari⁹ cla
reuall' Sermõe.xxvi.Cãtati
ca eorũ.Garin⁹ abbas de al-
pibus in epl'a.c.xliiii.
Reynaldus abbas fuginaci
Ber.in epistolis.
Humbertus prior clareuall'
Bernard⁹ i sermõib⁹.c.xxiii
Gaufredus de perona prior
clareuall'.in epl'a.c.xi.xii.

Hugo. Stephanus Balduinus. Algotus et alii. xii viri perfecti sanitate Scdo l. vite bti bernardi. ca. vii. ꝛ viii
Aymo monachus sauigniaci: vita eius habetur in clareualle.
Guillermusquondã abbas sancti theodorici. qui ꝑ parte vitam beati bernardi cõposuit.
¶ Sequuntur alii quorum nomina in librovite merito sunt scripta et eorum apud nos permanet celebris memoria.
Johannes de monte mirabili nonachus longipontis: vita eius ibidē habetur pulcherrima ꝛ sctissima.
Amedeus monachus. Vita eius habetur: in bonaualleñ bienneñ.
Bertrandus abbas grandissilue. collecte et antiphone. habentur ibidem.
Guillerm⁹ dñs mõtispessulani: mõach⁹ grãdissilue.
Guerric⁹ abbas igniaci. In exordio cisterciẽñ.
Rogerus primus abbas elã

cii vita ei⁹ ibidem habetur.
¶Thomas boni fontis in tha
resta vita ei⁹ ibidē habetur
Algerus abbas logedii.
Froillanus episcop⁹ legioñ
assumptus i monasterio de
mercola.
Martinus abbas vallis pa
radisi in regno castelle
Stphan⁹ prim⁹ abbas oba=
zine. vita ei⁹ habetur ibidem
Fusco epūs tholosan⁹. ante
abbas flozegie ali⁹ thozone
ti pulcherrima fecitvt scribi
tur i croniciscomitū tholose
Rolādus i tareriaco. respō=
sozia ⁊ collecte habentur ibi
dem et indulgentie.
¶David monachus de e=
merodem.
Arnulphus quondam sācti
nichasii remensis abbas et
geraldus quondam abbas
flozíaceñ. sctissime vixerunt
et in signiaco monachi tan=
dem effecti sūt pulchza ⁊ lau
dabilia de ipis ibidē hñtur.
Adam abbas de trapa.
Hēricus abbas clarevallis
Deinde cardinalis miracu=
lose vixit et multa solennia

et deo digna operatus ē vt plenius i clareualle scriptū reperitur.

Sanctus alredus cuius corpus quiescit iureiualle

Sanctus hugo abbas noui monasterii.

Sanctus silvanus discipul⁹ sancti bernardi: per celestinum papam canonizatum.

Alanus magnus conuersus cistercii et ibidē inhumatus

Vitalis conuersus in sancto sulpitio. et plures alii eiusdem tam monachi q̄ sanctimoniales.

¶ Sequuntur noīa pōtifi cum ex eodē ordie assūptorū

Eugeni⁹ terti⁹ de mōasterio scī anastasii rōe abbas. p⁹ vo monachus sancti bernardi in clareuallis.

Bonifacius quartus. de monasterio scī sebastiani rome

Leo q̄rt⁹ d̄ mōasterio lēdūo

Johannes vicesimus de monasterio scti anastasii rome.

Calixtus secūdus de monasterio falari.

Alexander tertius de monasterio careuallis.

Celestinus quart⁹ de mõa-
sterio altecumbe.
Innocẽtius quartus de mo-
nasterio de vicozia.
Urbanus quintus de mona
sterio fessenone.
Gregozius decim⁹ de mona-
sterio fessenone.
Clemens quartus de mona
sterio de vicozia.
Nicholaus tertius de mona
sterio sancti anastasii.
Pelagius quartus de mõa-
sterio de bzundelo
Fabianus quartus de mona
sterio falari.
Benedict⁹ duodecim⁹ de mo
nasterio de bolbona
¶ Itẽ innũerabiles patri-
arche/cardiales archiepi: epi
& eccl'ie sctẽ rectozes assũpti
sunt vbiqꝫ terrarꝫ ex eodẽ oz
dine Et ad mõasteria eiusd
ozdis q̃si ad rectã padisi me
chodũ. cõfluebat vniuersus
ozbis i q̃b⁹ flozuere viri scti
tate clarissimi puta sctũs ma
lachias i claraualł' vbi cozp⁹
suum gloziosum quiescit.
Sanctus edmondus in põ-
tigniaco: cuius cozp⁹ adhuc

integrum ibidem perseuerat et fulget miraculis. ¶Theobaldus in vallibus sernai ⁊ alii per totius orbis latitudinem. quo fit intantũ auctus et dilatat⁹ sit ipse cistercieñ. ordo: a mari vsq; ad mare ⁊ a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum: ꝙ inuenta sunt in numero monasteria mille octingenta absq; monialium monasteriis que in maximo etiã sunt numero.

¶ Oratio ad dominum iesum et eius matrẽ quaz composuit beat⁹ bernardus.

SUmme summi tu patris vnice Mũdi faber ⁊ rector fabrice. Pietatis respectu deice. Peccatores afflictos respice. Pie pater.
¶ Sũma sũmi tu mat filii

Claue nostri tenens auxilii Foue tui lacte consilii Peregrinos huius exilii. Pia mater. ¶ Consolentur o bone domine Respirantes in tuo nomine Qui pro mundi tollendo crimine. Dignatus es nasci de virgine. Matris pater. ¶ Consolentur o bona dña. Sitientes tua solamina De qua sola felice femina. Predicantur hec duo nomina. Virgo mater.
O figura patris substantie Tu es splendor paterne glorie. Tu es verum lumen iusticie. De quo manat totius gratie. Plenitudo.
¶ O regina regni dauitici. Tu es virga floris dominici Tu es archa panis angelici De quo nostra meretur refici. Solitudo ¶ Virtus pr̃is et sapiētia. Suauiter dispo nens oia. Tu et pater vna substantia. Equus honor est dē gloria Est vtriqꝫ ¶ Stella maris regina seculi. Tu es mater illius pupuli. Quē adorant fideles populi. Sē per omnes et semper singu

li. Et vbiqꝫ ¶ O sanctoꝛum
sctẽ mirabilis Toti mũdo cõ
siderabilis: Homo potens et
deus humanus. Non est tibi
nec erit similis Deus meus
¶ O sctãꝝ sãcta dulcissima.
Sola tãto partu dignissima
Vt de tua carne mũdissima
Nasceret maiestas maxĩa.
Homo deus ¶ Jesu xp̃e fõs
indeficiens. Fõs huãna coꝛ
da reficiẽs. Te suspiro teso
lũ sitiens. Solus eris michi
sufficiens. Fili dei ¶ Mater
xp̃i decus virgineũ Thꝛonũ
sedẽs super ethereũ. Nomẽ
tuum sopoꝛe melliũ Lique:
facit affectum ferreuz. Coꝛ:
dis mei. ¶ Summũ bonũ ple
nũ dulcedine Verũ lumẽ de
vero lumine. Solo cuiꝰ au:
dito noie. Satiat mira pin:
guedine. Coꝛ iustoꝝ ¶ Sũ:
ma boni reclinatoꝛiuz. Dul
cis vini dulce cellariuz. Oĩ
indulcians dulcedo dulciuz.
Pꝛeelegit sibi ĩ pꝛopꝛiũ Rex
celoꝝ. ¶ Patrũ pr̃ pꝛecelse
ceteris. Reparatoꝛ humani
generis. O qui carnẽ pꝛo no
bis miseris Mulieris de car

ne pauperis. Assumpsisti.
¶ Matrum mater et virgo
virginum. Apotheca salutis
hoim ¶ que munda de car-
ne dñm. Sine carnis mixtu
ra seminũ. Cõcepisti. ¶ Au
di ꝓcoꝛ o q̃ das grãm. Pecca
toꝛis huius miseriam. Et ꝑ
tuam miam Peccatoꝝ meo
rum veniam. Michi dona.
¶ Audi p̄ecoꝛ o plena grã.
Pctõꝛis huius suspiria. Et
pꝛo tua mia Deo meo me re
concilia. Mater bona ¶ Ti
bi pat fac beneplacitũ Pec-
catoꝛis istius gemitũ Solue
mei reatus debitum. Quis
malum pꝛetendo meritũ Et
pꝛetendi ¶ Tibi mater fac
acceptabilem. Peccatoꝛis
hanc vocem flebilem. Red-
de michi deum placabilem.
Ne se pꝛestet in exoꝛabilem
Quem offendi. ¶ O intacte
fili puerpere. Audi planctus
anime. Que peccati iacens
in puluere. Ut inuentum
se computescere. Lamen-
tatur. ¶ O intacta vir-
go puerpera. Ad te cla-

mat mẽs mea misera. Que
nefanda semper ad scelera
Ab etate nunc vsqȝ tenera.
Effrenatur. ¶ Pie pater er
rantem corrige Piam ma:
num labenti porrige. Jam
de luto me fecis erige. Et in
viam tuorum dirige. Man
dato ꝝ ¶ Pia mr̃ errãte vi
sita. Pio corde de me recogi
ta. Coram iesu benigno cla
mita Ut meorum remittat
debita. Peccatoruȝ. Esto no
bis pater propicius. Quorꝝ
frater es atqȝ socius Te lau
damus te benedicimus Ado
ramus atqȝ diligimus. Mẽ
te tota ¶ Esto nobis mater
propicia. Quorum sorores
atqȝ socia. In tuarum lau:
duȝ preconia. Corda nostra
fac voluntaria Ac deuota.
¶ Benedicte creator oim.
Benedicas mentes fideliuȝ
Nomen tuum benedicenti:
um. Mortis tue per benefi:
cium. Quos saluasti. ¶ Be
nedicta in mulieribus. Bñ:
dic te benedicentibus. Bene
dictis tuis vberibꝰ. Qui dat
escam esurientibus. Que la

etasti ¶ Laus ꝛ honor sit dei filio. Salus virtus et benedictio Benedicta sit incarnatio. Mors illi⁹ ꝛ resurrectio In eternum. ¶ Benedict⁹ sit pater luminum. Benedicta sit virgo virginum. Benedicat cor meum dominū. Sitiatq; fontem dulcedinū Sempiternam.

Amen.

¶ De scto Benedicto. Oro.

O Sanctissime confessor domini monachorum pater et dux benedicte intercede pro me ad dn̄m vt q̄cqd in me est viciosum: ipse clemens amoueat et splendore sue gratie cor meum illustret et sua protectione ab oībus malis anime et corporis me custodiat peruigilem in bonis operib⁹ reddat: castū: sobrium. pium et misericordē efficiat vt post carnis absolutionē: tuis adiut⁹ suffragiis placitam quietam ꝛ perpetuam apud teipsum inueniam mansionem. Amen.

℣. Ora ꝓ nobis scte b̄ndicte
℟. Ut digni efficiamur pro=
missionibus xp̄i. Oratio
Omnipotens sempiterne deus
qui hodierna die car=
nis eductū ergastulo btm̄ be
nedictū cōfessorem tuuȝ su=
blevasti ad celū. concede q̄s
hec festa tuis famulis cele=
brantibus cūctorum veniaȝ
pctōrum vt q̄ exultātib⁹ aīs
eius claritati congaudēt ipso
ꝓ nobis interueniente vita
nostra apud te cōmendetur
Per xp̄m. Alia oro.
Intercessio nos q̄s dn̄e
beati b̄ndicti abbatis ti=
bi cōmēdet vt quod nostris
meritis non valemus: eius
patrocinio assequamur Per
dominum nostrum.

¶ Sequitur tabula siue registrum huius operis.

¶ Incipit vita sanctissimi ac beatissimi patris nostri benedicti abbatis a beato gregorio papa / vt patet secundo libro suo dyalogorum / cōscripta.

Fuit vir vite veneralis Benedictus dei grā et noie ab ipso sue puericie tēpore cor gerens senile etatem quippe moribus transiens nulli voluptati animum dedit: sed dum in hac terra adhuc esset quod temporaliter libere vti potuisset: despexit iam quasi aridum mūdum cum flore. Qui liberiori genere ex prouincia mirsie exortus rome liberalib⁹ litte-

rarum studiis traditus fue-
rat. Sed cum in eis multos
ire p abrupta vitiorū cerne-
ret: eum quē quasi ingressuz
mundi posuerat retraxit pe
dem ne si quid de sciētia ei⁹
attingeret. ipse ꝙq; in imane
ꝓcipitium totus iret. Despe
ctis itaq; litterarū studiis:
relicto domo rebusq; patris
soli deo placere desiderans
sancte conuersationis habi-
tum quesiuit Recessit igitur
scienter nesci⁹ & sapiēter in-
doctus. Huius ergo oīa ge-
sta nō didici: sed pauca q̄ nar
ro quattuor discipulis illi⁹
cōstāti⁹ referentibus agnoui. Cōstā
tio scz reuerentissimo valde
viro qui ei in monasterii re
Valēti- gimine successit. Valentia
anus. no quoq; qui annis multis
lateranensū monasterio ꝓfu
simplici⁹. it Simplicio q̄ cōgregatōez
illius post eum tertius rexit
honora Honorato etiam qui nūc ad
tus. huc celle eius in qua prius
conuersatus fuerat preest.

Capi. De capisterii fra-
cti reparatione, ca. i.

HJc itaqꝫ cū iam relictis litteraruꝫ studiis petere deserta decreuisset: nutrix que hunc arctius amabat sola secuta est. Cunqꝫ ad locum venisset qui dicitur enside: multisqꝫ honestioribus viris pro charitate illic detinentibus in beati Petri ecclesia demorarentur. Predicta nutrix illius ad purganduꝫ triticum a vicinis mulieribus prestari sibi capisterium petiit: quod super mēsa incaute derelictum / casu accedente fractum est: sic vt duabus partibus inueniretur diuisum. Quod mox rediens nutrix illius vt ita inuenit: vehementissime flere incepit. quia vas quod prestitum acceperat destructum videbat Benedictus aut religiosus & pius puer cū nutricē suā flere cōspiceret: eius dolori cōpassus ablatis secum vtriusqꝫ fracti capisterii ptibus sese cū lachrymis in orōēꝫ dedit q̄ ab orōe surgens ita iuxta se vas sanū repperit: vt i eo inueniri fracture nulla vestigia po=

fuissent. Moxq; nutricē suā blāde consolatus: ei sanū capisterium reddidit quod fractum tulerat. Que res in eodem loco a cunctis est agnita: atq; in tanta admiratōe habita: vt hoc ipsum capisterium eius loci icole in ecclesie ingressu suspenderent: q̄tenus presentes et secuturi omnes agnoscerēt: a q̄ta bn̄dictus puer conuersationis gratia perfectione cepisset. quod ānis multis illic ante omnium oculos fuit. ⁊ vsq; ad hec longobardorum tempora super fores ecclesie pependit. Sed benedictus plꝰ appetens mala mundi perpeti: q̄ laudes. pro deo laboribus fatigari q̄ vite huius fauore extolli. nutricem suā occulte fugiens. deserti loci secessum petiit: cui sublacus vocabulum est: qui a romana vrbe. xl. fere miliaribus distans. frigidas atq; perspicuas emanat aquas. Que illic videlicet aquarum abūdantia in extenso prius loco colligitur: ad extremum ve

ro in amnem deriuatur. Quo — Romanus monach⁹
fugiens pergeret monachus
quidam Romanus nomine
hunc euntē repperit: quo ten
deret requisiuit. Cuius cum
desiderium cognouisset: et se
cretum tenuit: et adiutoriuz
impendit: eiq₃ scē conuersa
tionis habitum tradidit: et in
quantuz licuit ministrauit.
Uir autem dei ad eundem — Specus bñdicti.
locum perueniens in arctissi
mam specuz se tradidit: et tri
bus annis: excepto romano
monacho omnibus ibi inco
gnit⁹ māsit. q̄ videlicz roma
nus non longe in monaste
rio sub theodaci patris regu
la degebat. Sed pie eiusdē
datris sui oculis furabatur
Sed pie eiusdē patris sui ocu
lis furabatur horas: et queẓ
sibi ad manducandū surripe
re poterat: diebus ceteris bñ
dicto panē ferebat. Ad eandē
vero specū a Romani cella
iter non erat: quia excelsa de
super rupis eminebat: sed ex
eadem rupe in lōgissimo fu
ne ligatū romanus depone
re panem cōsueuerat: i qua

etiam resti paruū tintinabulū inseruit vt ad eius sonuz cognosceret qn̄ sibi roman⁹ panē preberet: quē exigēs acciperet. Sz antiquus hostis vnius charitati inuidens: alterius refectioni: cuz quadā die submitti panē ꝯspiceret iactauit lapidē: et tintinabulum fregit. roman⁹ tn̄ modis ꝯgruentibus ministrare non desiit. Cū vo iā de⁹ ops ⁊ romanū vellet a labore quiescere: et benedicti vitam in exempluz hoibus demōstrare: vt posita sup candelabrū lucerna clarescceret: q̄ten⁹ oibus q in domo dei sunt luceret cuidā presbytero longi⁹ manenti qui refectionē sibi in paschali festiuitate parauerat: per visū dn̄s apparere dignat⁹ est dicēs. Tu tibi delicias preparas ⁊ seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui ptinus surrexit: atq3 in ipa solēnitate pascali cū alimentis q sibi parauerat ad locum tetendit: ⁊ virū dei p abrupta moutium. per concaua valliuz. per defossa ter

Diabol⁹ tintinabulū romani fregit.

deus ad presbiterū quēdā apparuit.

rarum quesiuit. eumqꝫ late re in spectu repperit Cumqꝫ oratione facta et benedicen tes dñm omnipotentem cõ sedissent: post dulcia vite col loquia is q̃ aduenerat pres biter dixit. Surge sumam cibum: quia hodie pascha ē. Cui vir dei respondit dicēs Scio quia pasca est: quia ho die videre te merui. lõge qp pe ab hominibus positus qꝫ die eodem qꝫ paschalis solē nitas esset ignorabat. Uene rabilis autem presbiter rur sus asseruit dicens. Ueraci ter hodie resurrectionis do minice paschalis dies est. ab stinere tibi minime congru it. quia et ego ad hoc missus sum vt omnipotentis dona dei pariter sumamus Bene dicentes igitur dominum sumpserunt cibum. Exple ta itaqꝫ refectione et collo quio ad ecclesiam suam pres biter se cessit Eodem quoqꝫ tempore hunc in specu lati tantem etiam pastores in uenerunt: quem dum vesti tū pellibus inter fruteta cer

Benedictus dic pascali ignorabat

nerent aliquam bestiam ee crediderũt: sed cognoscẽtes dei famulum eorũ multi ad pietatis gratiã a bestiali mẽte mutati sunt: nomen itaqꝫ eius p vicina loca innotuit cunctis. Factumqꝫ est vt ex illo iã tempore a multis frequentari cepisset. qui cum ei cibuz afferrẽt corporis ab ei⁹ ore in suo pectore alimenta referebant vite.

Capitu. ii. De tentatione carnis superata.

de tẽptatiõe merule.

Quadam vero die dum solus esset: tentator affuit. Nã nigra paruaqꝫ auis que vulgo merula nomiatur: circa eius faciem volitare cepit: eiusqꝫ vultui iportune isistere ita vt manu capi posset si hanc vir sanctus tenere voluisset: sed signo crucis edito recessit auis. Tãta autem carnis tentatio aue eadem recedente secuta est q̃tam vir sanctus nunq̃ fuerat expertus. Quandã nãqꝫ aliquã feminã viderat: quaz malignus spũs ante ei⁹ mẽtis oculos reduxit: tantoqꝫ

igne serui dei animum in specie illius accendit: vt dū in ei⁹ pectore amoris flāma vim caperet: etiam pene deserere heremum voluptate victus deliberaret. ¶Tunc subito superna gratia respectus ad semetipsum reuersus est: atq; vrticarum vepriuum iuxta densis succrescere fruteta cōspiciens: exutus indumento nudum se in illis spinarum aculeis et vrticaruz incēdiis proiecit. ibiq; diu volutat⁹ toto ex eius corpore vulnerat⁹ exiit. & per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mētis quia voluptatē traxit in dolorem. Cūq; pene penaliter foris arderet: extinxit quod int⁹ illicite ardebat. vicit itaq; peccatū: quia mutauit incendium. Ex quo vicz tēpore sicut post discipulis ipse phibeat: ita in eo est tentatio voluptatis edomita vt tale aliquod minime sentiret. Cepe runt postmodum multi iaz munduz relinquere: atq; ad eius magisterium festinare Liber quippe a tentatōis vi

Carnis tētatio asperio medio supata.

Nota.

tio vero iure iam factus est virtutum magister. Unde in Exodi et per moysem precipitur: vt leuite a viginti quinqȝ annis vt supra ministrare debeāt. ab āno vero quinquagesimo custodes vasorum fiant

Petrus dyaconus

Iam quidam prolati testimonii michi aliquantū intellect⁹ interlucet: sȝ tñ hoc plauius exponi postulo

Gregorius.

Liquet petre q in iuuentute carnis tentatio feruerat ab āno āt quinquagesimo calor corporis frigescat vasa autē sacrata sunt fidelium mētes. Electi ergo cuȝ adhuc in tentatione sunt subesse eos ac seruire necesse ē et obsequiis laboribusqȝ fatigari. Cum vero iaȝ mētis etate tranquilla: calor recesserit tentationis. custodes vasorum sunt: qr doctores aīaruȝ fiunt.

Petrus dyacon⁹

Rateor: placȝ q dicis: sȝ qr plati testioniū claustra reserasti q̄so vt d vita iusti

dextras ea que sunt inchoata percurrere.

¶ Capi.iii. De vitro fracto p signum crucis. Grego

Recedente igitur tentatione vir dei q̄si spinis erutis exculta terra de virtutū segete feracius fructus dedit. p̄conio itaq; eximie conuersationis celebre nomen eius habebatur. Nam lōge aūt mōasteriū fuit: cuius cōgregationis pater defūct⁹ ē oisq; ex illo ꝯgregatio ad eū dē venerabilē bn̄dictū venit ꝫ magnis precib⁹ vt eis p̄esse deberet: petiit. Qui diu negādo distulit suis illoꝝ fratrū moribus se ꝯuenire nō posse p̄dixit: sz vict⁹ q̄nq; p̄cib⁹ assēsum dedit. Cunq; in eodem monasterio regularis vite custodiā teneret: nulliq; vt prius per actus illicito in dexteram leuamq; partem deflectere a conuersationis itinere liceret: suscepti fratres insane seuiētes semetipsos p⁹ accusare ceperūt: q2 hūc si

bn̄dict⁹ abbas effectus

bi preesse poposcerant: quorum scilicet fortitudo in norma eius rectitudinis offendebat Cūq; sibi sub eo conspicerēt illicita non licere: et se dolerent usitata relinquere durumq; esset q in mente veteri cogebantur noua meditari. Et quia grauis est semper prauis moribus vita bonorum tractare de eius morte aliqui conati sunt. qui inito cōsilio venenum vino miscuerunt Et cum vas vitreum i quo ille pestifer pot⁹ habebatur recūbente patre ex more monasterii ad benedicendū fuisset allatum: extensa manu Benedictus: signum crucis edidit: et vas quod longius tenebatur eodem signo rupit: sicq; confractum est acsi in illo vase mortis pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir dei quia potum mortis habuerat: quod portare non potuit signum vite atq; ilico surgens mente trāquilla cōuocatis fratribus allocutus est eos dicēs. Misereatur vestri fratres oīs

Vitruz venenatum signo crucis fregit.

deus: quare i me facere ista voluistis. Nunquid non pri us dixi vobis quia vestris ac meis moribus minime con- ueniret? Ite ꝛ iuxta vestros mores: patrem vobis queri- te. qꝫ post hac me habere mi nime potestis Tuncqꝫ ad lo cū dilecte solitudinis rediit et solus in superni spectato ris oculis habitauit secum.

bñdict⁹ relicta abbatia solitudi nē repe- tiit

Petrus.

Minus patenter intelli go: quidnam sic habita uit secū. Gregorius.

SAnctus vir ꝯtra se vna nimiter cōspirātes: sue qꝫ conuersationi longe dissi- miles: coactus diu sub se te nere voluisset: fortasse sui vi goris vsum et modum tran qillitatis absciuderet atqꝫ a contemplationis lumie sue mentis oculum declinasset Dumqꝫ quotidie illorū cor- reptione fatigatus min⁹ cu raret sua: ꝛ se forsitan relin queret et illos nō inueniret nam quotiens per cogitatio nis motum nimiū extra nos ducimur: et nos sum⁹ et no

biscum nō sumꝰ. qꝛ nosmet=
ipsos minime videntes per
alia vagamur. an illum secū
fuisse dicimus qui in longin
quam regionem abiit portio
nez quā acceperat ꝯsumpsit
luce. xv vni in ea ciuium adhesit: porcos pauit: quos cum mādu=
care videre siliquas et esuri=
ret. tamen cū postmodū ce=
pit cogitare que pdidit (scri=
ptum de illo) in se reuer.us
dixit. Quanti mercennaris
in domo patris mei abūdāt
panibꝰ: Si igitur secū fuit
vnde ad se rediit? Hūc ergo
venerabilē virū secum habi
tasse dixerim: quia in sua sp
custodia circunspectus ante
oculos conditoris sēper aspi
ciens. se semp examinās: ex=
tra sementis sue oculum nō
diuulgauit. Petrus

Quid ergo qđ de aplo pe
tro scriptū ē dū ꝺ carcē
ab āgelo eductꝰ fuissz: ꝗ ad se
reuersꝰ dixit. Nūc scio vere
actu. xii qꝛ misit dn̄s āgelū suū: ꝛ eri=
puit me de manu herodis ꝛ
de oī expectatione plebis iu
deorum. Gregorius.

Duob⁹ modis petre extra nos ducimur. q̄ aut p cogitationis lapsū sub nosmetipsos recedim⁹/ aut p cōtēplationis grām sup nosmet ipsos leuamur. Ille itaq̄ q̄ porcos pauit: vagatione mētis et imūdicie subsemetips̄ cecidit Iste vero quē angel⁹ soluit. eiusmētem i extasim rapuit. extra se q̄dē: s3 sup semetipm fuit: vterq̄ ergo ad se rediit: qn̄ et ille ab errore operis se collegit ad cor: ⁊ iste a contemplationis culmine ad hoc rediit: quod i intellectu communi vt prius fuit Venerabilis igitur benedictus nulla solitudine habitabit secum inquantū se intra cogitationis claustra custodiuit. Nam quotienscunq̄ hunc contemplationis ardor in altum rapuit: se procul dubio sub se reliquit.

Duob⁹ modis extra nos ducimur

¶ Petrus.

Placet quod dicis. sed queso respondeas si deserere fratres debuit quos semel suscepit?

¶ Gregorius.

Et ego petre existimo ibi adunati equaminit portandi sunt mali vbi inueniuntur aliqui q̃ adiuuẽtur boni. Nam vbi oĩmodo de bonis fructus deest: fit aliquãdo de malis labor vacuus maxime si e vicino cause suppetant / que fructum deo ferre valeant meliorez. Vir itaq; sanctus propter quem custodienduz staret: qui oẽs vnanimiter se persequentes cerneret? Et sepe agitur in aĩo perfectorum (quod siletio p̃tereddum non est) vt cuz laborem suum sine fructu esse considerent: in locum aliuz ad laborem cum fructu migrent. Unde ille quoq; egregius predicator qui dissolui cupit & cum christo esse: cui viuere christus est & mori lucrum qui passionum certamina non solum ipse appetiit: sed ad ad toleranda hec et alios accendit. Damasci persecutionẽ passus: vt posset euadere muruz: funẽ sportã q; quesiuit: seq; latẽter deponi voluit. Nunq̃d non pau=

an bũdict⁹ susceptũ monasteriũ relĩq̃re. debuit

De paũli fuga.

lum mortem dicimus timu
isse: quam seipse p amore ie
su testatur appetere Sed cu
in eodem loco minorem sibi
fructum adesse conspiceret: & Nota
graui labore: ad laborē se ali
bi cum fructu seruauit. For
tis etenim preliator dei tene
ri intra claustra noluit: cer=
taminis campum quesiuit.
Unde idem quoqz venerabi=
lis benedictus si libenter au
dis citius agnoscis: qz nō tā
tos ipse indociles deseruit:
q̄tos in locis aliis a morte
anime suscitauit. Petrus
ITa est vt doces: & mani
festa ratio prolatū con=
gruum testimonium decla=
rat: sed queso vt de vita tāti
patris ad narrationis ordi=
nem redeas. Gregorius
CUm sanctus vir diu in
eadem solitudine vir=
tutibus signisqz succresceret
multi ab eo in eodē loco ad
oipotentis dei sunt seruitiū
cōgregati: ita vt illic. xii. mo Benedictus. xii monasteria cō
nasteria cum omnipotentis
iesu xpi domini opitulatiōe
construeret. in quib⁹ statutis

Creuit pñibus duodenos mõachos deputauit: paucos vero secũ retinuit: quos adhuc in sua pñsentia ab eis erudire iudicauit. Cepere etiam tunc ad eum romane vrbis nobiles et religiosi cõcurrere. suosq; ei filios omipotenti deo nutriẽdos dare Tunc quoq; bone spei suas soboles. Euticium. Maurum Tertulli9 vero patricius. Placidum tradidit: e quibus maurus iunior cũ bonis polleret moribus magistri adiutor cepit existere. Placidus vero puerilis adhuc indolis gerebat annos.

maur9 et placid9 discipli eiusdẽ.

Capi.iiii. De castigatõe monachi vagi.

IN vno autẽ ex eis monasteriis que circunquaq; construxerat quidam monachus erat: qui ad orationẽ stare non poterat: sz mox vt se fratres ad studium orationis inclinabant: ipse egrediebatur foras: et mente vaga terrena aliqua et transitoria gerebat Cũq; ab abbate suo sepius fuisset admonitus: ad

vitum dei ductus est: qui ipse
quoqꝫ stultitiam eius vehe-
menter increpauit: ⁊ ad mo
nasterium reuersus vix duo
bus diebus v iri dei admoni
tionẽ tenuit. Naz die tertiã
ad vsum proprĩu reuers⁹ va
gari tempore orationis cepit
Q ð cũ seruo dei ab eodẽ mo
nasterii pře quẽ cõstituerat
nũciatũ fuisset: dixit. Ego ve
nio: cũqꝫ p memetipz emẽdo
Cũqꝫ vir dei venisset ad mo
nasterium. et constituta ho
ra expleta psalmodia sese
frẽsin orẽz dedissẽt: aspexit q
eũdem monachũ q in orone
manere nõ potuit: q̃ð niger
puerulus p vestimenti fim-
briam foras traheret. Tunc
eidem patri monasterii. Põ
pegiano noie ⁊ mauro dei fa
mulo secrete dixit. Nunq̃d
non aspicitis q̃s est qui istuz
monachũ foras trahit? Qui
respondentes dixerunt: non
Quibus ait Oremus vt vos
etiam videatis quez iste mo
nachus sequitur. Cumqꝫ
p biduum esset oratũ: maur⁹
mõach⁹ vidit. põpegian⁹ ho

Põpegianus abbas

bñdict⁹ ṽgil mo nachuz vagum castiga-

eiusdez monasterii pater vi dere non potuit. Die igitur alia expleta oratione vir dei oratorium egressus: stantez foris monachum repperit: quem pro cecitate cordis sui virga pcussit: qui ex illo die nil persuasionis vlteri⁹ a ni gra iam puerulo pertulit: sz ad orationis studium immo bilis permansit: sicq₃ antiqu⁹ hostis dñari non ausus ē in eius cogitatione ac si ipse p cussus fuisset ex verbere.

¶ Ca. v. De fonte i ver tice montis dei viri oratione producto.

Ex his autem monaste-riis que in eodem loco construxerat: tria sursum in rupibus montis erant. et valde erat fratribus laborio sum q̄ semper ad lacuz opor tebat descendere vt aquam haurire debuissent. maxime quia e diuerso montis latere erat graue descendentibus in timore periculum. ¶ Tunc collecti fratres ex eisdez tri-bus mōasteriis ad dei famu lū Benedict ōvenerunt dicē

tes. Laboriosuz nobis est ꝑ=
pter aquaz quotidie vsqꝫ la
cum descēdere: et idcirco ne
cesse est ex eodē loco mona=
steria mutari. Quos blande
consolatus dimisit: et nocte
eadem cum paruo puerulo
noīe placido (cuius superius
memoriam feci) eiusdē mō=
tis rupem ascēdit: ibiqꝫ diu=
tius orauit. Et orōe cōpleta
tres petras in loco eodē pro
signo posuit: atqꝫ ad suū (cū=
ctis illis nescientibus) mona
sterium rediit. Cūqꝫ die alia
ad eum pro necessitate aque
predicti fratres rediissent di
xit. Ite ⁊ rupem illā in qua
tres sup inuicem positas pe=
tras inueneritis in modicū
cauate: valet enim omnipo
tens deus etiam in illo mōtis
cacumine aquam producere
vt vobis laborez tanti itine
ris dignetur auferre. Qui
euntes rupem quam Bene
dictus predixerat: iam sudā
tem inuenerunt. Cūqꝫ in ea
concauū locū fecissent: stati
aqua repletus est: que tā suf
ficienter emanauit: vt nunc

Fōs bñ dictiōne factꝰ

vsqꝫ vbertiȝ defluat: atqꝫ ad
illo mōtis cacumine vsqꝫ ad
inferiora deriuetur.

¶ Capi.vi. De reiunctione ferri cum manubrio.

Alioqꝫ tpe gothus qdā
paupꝫ spū ad ꝯuersionē
venit quē vir dei Bn̄dict⁹ li
bentissime suscepit. Quadaȝ
vero die ei dare ferramētuȝ
iussit. quod ad falcis similitu
dinem falcastrum vocatur.
vt de loco quodā vepres ab
scinderet: quatinus illic hor
t⁹ fieri deberet. Loc⁹ aūt ipse
quā mūdandum gothus su
sceperat: sup ipam laci ripā
iacebat. Cūqꝫ gothus idē densi
tatē vepriū toti⁹ v̄tutis ānī
succidēt ferrū de manubrio
ꝓsiliēs in lacum cecidit vbi
tāta erat aquarꝫ ꝓfunditas
vt spes reqrendi ferramēti
nulla iā esset. Itaqꝫ ferro pdi
to tremebūd⁹ ad maurū mo
nachū cucurrit goth⁹ dānū
qd fecerat nūciauit: et reat⁹
sui egit penitētiā. Qd mau=
r⁹ qꝫ monach⁹ mox. Bn̄di=
cto famulo dei curauit indi
dicare. Vir igit dn̄i. Bn̄dict⁹

hec audiens accessit ad lacū et tulit de manu gothi manu- brium ⁊ misit in lacū: ⁊ mox ferrū de pfundo rediit: atq; in manubriū intrauit. Qui statim ferramētū gotho re- didit dicēs. Ecce laborā ⁊ no li contristari.

Ferrum ad ma- nubriū reiū̄rit.

¶ Ca. vii. De ambulatiōe mauri super aquam.

Quadam vero die dum idē venerabilis. Bñdi ctus in cella ɔsisteret: pdict⁹ placid⁹ puer sancti viri mo- nachus ad hauriendū de la cu aquā egressus est. qui vas quod tenuerat in aquam in caute submittens: ipse quo- q; cadendo secutus est. Quē mox vnda rapuit: ⁊ pene ad ad vnius sagitte cursum eū a terra introrsus traxit. Uir autem dei intra cellā posit⁹ hoc protinus agnouit ⁊ ma- rum festine vocauit dicens. Frater maure curre q; puer ille qui ad hauriendā aquā perrexerat in lacum cecidit. iamq; eū longius vnda tra hit. Res mira: et post petrū apostolum inusitata. Bene-

Maur⁹ sr aquā currēs puerū ripuit

dictione eteni postulata atqꝫ
ꝑcepta: ad p̄ris sui imperiuꝫ
concit⁹ perrexit maur⁹ itaqꝫ
ad eum locum quo ab vnda
deducebatur puer: per terrā
se ire existimās sup̱ aquā cu
currit. eūqꝫ p̱ capillos tenēs
cursu rapido rediit. Qui mox
vt terraꝫ tetigit: ad se reuer
sus post tergū respexit. Et qꝫ
sup̱ aquas cucurrisset agno=
uit: ⁊ quod p̄sumere non po=
tuit vt fieret miratus extre=
muit factum. Reuersus ita=
qꝫ ad patreꝫ rē gestā retulit
Uir aūt venerabilis bn̄dict⁹
hoc non suis meritis: sꝫ illi⁹
obedie̅tie deputare cepit. At
ecōtra maurus p̱o solo ei⁹
imp̱io factū dicebat: seqꝫ cō=
scium in illa virtute nō esse
quā nescius fecisset. In hac
itaqꝫ mutua hu̅ilitati ⁊ ami=
ca cōtentiōe accessit arbiter
puer q̄ ereptus est: q̄ et dite=
cebat. Ego cū ex aqua trahe
rer super caput meū melotē
abbatis videbaꝫ: atqꝫ ip̄ꝫ me
ex aquis educē ꝯsiderabam.

Petrus.

Magna sunt valde q̄ nar

ras: et multoꝝ edificatōi p=
futura: ego aūt boni viri mi
racula q̄ pl⁹ bibo eo pl⁹ sitio

¶ Capi. viii. De infecto per venenum pane per coruum longius proiecto.

Gregorius.

Cum iam loca eadē in amorē dei dñi nr̄i iesu xp̄i longe lateq; feruescerēt et secularē vitā multi relinquerent. et sub leui redēptoris iugo ceruicem cordis edomarent: sicut mos prauorū est inuidere aliis virtutis bonum quod ipsi habere non appetūt. Vicine ecclesie p̄sbiter. Florentius noie hui⁹ nr̄i subdiaconi florētii auus antiqui hostis malicia pcus⁹ sancti viri studiis cepit emulari: eiusq; ɔuersationi derogari: quosq; etiā poss; ab illi us visitatōe cōpescere Cūq; iam se cōspiceret eius pfecti buy obuiare non posse: et cō ūsatōis illi⁹ opiniōe; cresce re atq; multos ad statū vite melioris ipso quoq; opinionis eius preconio indesinenter vacare inuidie facib⁹ ma

Nota

Florenti⁹ Bñ= dicti suorumq; e ml'tis

gis magisq̈ successꝰ deterioꝛ fiebat: qꝛ conuersatiõis illiꝰ appetebat habere laudē: sed habere laudabilem vitā nolebat. Qui eiusdem inuidie tenebꝛis cecatus ad hoc vsq̈ p̄ductus est vt seruo oīpotētis dei infectum veneno panem quasi p̄ bn̄dictione trās mitteret. Quem vir dei cū gratiaꝝ actione suscepit: sed eum que pestis lateret in pane non latuit. Ad hoꝛam vero refectionis illius ex vicina silua coꝛuus venire consueuerat. et panem de manu eius accipere. Qui cum moꝛe solito venisset panem quem pꝛesbiter tranmiseꝛat vir dei ante coꝛuum pꝛoiecit eiq̈ p̄cepit dicēs. In nomine iesu xp̄i dn̄i nr̄i tolle hunc panem: et tali eum in loco pꝛoiice vbi a nullo hoīm pos sit inueniri. Tūc coꝛuus aperto oꝛe expansis alis circa eūdem panem cepit discurrere crocitare: ac si aperte diceret et obedire se uelle: et tamen iussa implere non posse. Cui vir dn̄i p̄cipiebat iterū atq̈

Coꝛuo suo p̄cepit vt venenatū panē lo gētū deferret.

iterum dicens. Leua leua se curus atq ibi proiice vbi inueniri non possit. Quez diu coruus nemoratus: quandoq coruusmo mordit leuauit et recessit. Post triduu vero horarum spacio abiecto pane rediit: et de mann hominis dei annonam quam consueuerat accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam m inardescere sacerdotis animuz videns: illi magisq sibi doluit. Sed predictus Florentius quia magistri corpus necare no potuit sed ad extinguedas discipulorum aias accedit: ita vt in horto celle cui bndictus inerat an eorum oculos nudas septe puellas mitteret: que cora eis sibiinuice manus tenentes et diutius ludetes: illoru metes ad puersitate libidinis iflamaret. Qd vir sctus de cella cospiciens lapsumq adhuc tenerioribus discipulis pertimescens. idq p sua solius psecutoe fieri ptractas: inidie locu dedit atq oratoria et cuncta que costruxerat subsititu-

Florentius . vii. puellas nudas fratribus ob obiecit

Pane p coꝛpuū lōgi⁹ pfecto

tis pꝛepoſitis: adiūctis fra=
trib⁹ oꝛdinauit: et paucis ſe=
cum monachis ablatis habi
tationem mutauit loci. Sic
q̄ vir dei ei⁹ odia huīliter de
clinauit: quē oīps de⁹ terribi
liter pcuſſit. Nā cū pꝛedict⁹
pꝛeſbiter ſtans in ſolario be
nedictū diſceſſiſſe cognoſce
ret et exaltaret: pdurante i=
mobiliter tota domus fabꝛi
ca hoc ipſuz tantū in quo ſta
bat ſolarium cecidit ꝛ bene=
dicti hoſtem cōterens extin=
xit. Quod viri dei diſcipul⁹
maurus venerabili patri be
dicto qui adhuc a loco eodē
uix decem miliarib⁹ aberat
eſtimauit eſſe nunciandum
dicens. Reuertere quia
pꝛeſbiter q̄ te perſeq̄batur
extinctus eſt. Quod vir dei
benedict⁹ audiēs ſeſe in gra
uibus lamentationibus de=
dit: vel quia inimicus obcu=
buit: vel quia de inimici moꝛ
te diſcipulus exultauit. Qua
de re factū eſt vt eidē quoq̄
diſcipulo penitentiā indice=
ret q̄ taliter gaudere de ini=
mici interitu pꝛeſumpſiſſet

Suppliciū ꝛ ruina floꝛētii.

Petrus.

Mira sunt et multū stupenda q̄ dicis. Nam in aqua ex petra pducta mosē in ferro vero quod ex profū do aque rediit heliseum. in aque itinere petrum: in corui obedientia helyam. in luctu aūt mortis inimici dauid video. vt perpēdo vir iste spiritu iustorū oim plenus fuit.

bñdict⁹ cferēt ad mosē heliseū. &c

Gregorius.

Vir dei benedict⁹ petre vnius dei spiritum habuit: qui per concesse redemptionis grām electorum corda omnium inpleuit de quo iohannes dicit. Erat lux vera que illuminat omnē hominem venientem in mundum. De qua rursus scriptū est De plenitudine eius nos omēs accepimus. Nam scti dei homines potuerūt a domino virtutes habere: non etiam aliis tradere. Ille autem signa virtutis dedit subditis: qui se daturum signum iane promisit inimicis: vt coram superbis mori dignaretur: corā humilibus resurge

Joh. i.
Eodem

Jone. i.

Pane p corum longi⁹ plecto re: quaten⁹ et illi viderēt qđ cōtēnerent ⁊ isti qđ venerantes amare debuissēt. Ex quo misterio actum est vt dū superbi aspiciūt despectū mortis humiles contra mortē accipere͠t gloriam potestatis.

¶ Petrus.

Queso te post hec: ad que loca vir sanctus migrauerit vel si aliquas in eis virtutes post modum oñderit: innotesce. Gregorius

Sanctus vir ad talia demigrans loca non hostē mutauit. Nam tanto post grauiora plia pertulit: quāntum contra se aperte pugnātem ipsuꝫ malicie magistrū inuenit. Castrum namqꝫ qđ cassinū dicitur in excelsi mōtis latere situm est. qui vireꝫ mons distenso sinu hoc ideꝫ castrū recipit: sed per tria milliaria in altum se subrigens velut ad aera cacumē tēdit. vbi vetustissimum fanū fuit: in quo ex antiquorū more gentiliū a stulto rusticoꝝ populo apollo colebat. Circunquaqꝫ etiā in cultu demo

Fanū apollinis

num luci succreuerant: in q̄=
bus adhuc eodem tempore
infidelium insana multitu=
do sacrificiis sacrilegis insu=
dabat. Illic itaq̧ vir dei ve=
niens contriuit idolum: sub
uertit aram succendit lucos
atq̧ in ipso templo appolli=
nis oraculum beati martini
vbi vero ara eiusdem apol=
linis fuit oraculum sancti io
hannis construxit: et cõmo=
rantem circunquaq̧ multi=
tudinem predicatione conti
nua ad fidem vocabat. Sed
hec antiqu⁹ hostis tacite nõ
ferẽs nõ occulte vel p somni
um: sed aperta visione eiusd̄
patris oculis sese ingerebat.
et magnis clamoribus vim
se perpti conquerebatur: ita
vt voce illius etiam fratres
audirent: q̄uis imaginem
minime cernerent. Ut enim
discipl'is suis venerabilis pr̄
dicebat corporalibus ei⁹ ocu
lis: id ē antiqu⁹ hostis teter=
rimus et succensus appare=
bat: q̄ i eum ore oculisq̧ flã=
mantibus seuire videbatur.
Iam vo q̄ diceret audiebãt

Edez a=
pollinis
i sci mar
tini tẽ=
pluz cõ=
muta=
uit.

Diabol⁹ bndictū maledictū voca bat.

omnes prius enim hunc vo=cabat ex noie. Cui cuz vir dei minime responderet: ad ei⁹ mox contumelias erūpebat Nam cum clamaret dicens benedicte benedicte: et eum sibi nullomō respondere cō spiceret: protinus adiunge=bat: maledicte nō benedicte quid mecuz habes? quid me persequeris? Sed iam nunc expectanda sunt contra dei famulum antiqui hostis no ua certamina: cui pugnā qui dem volens intulit: sed occa siones victorie ministrauit inuitus.

¶ Capi.ix. De ingenti saxo per viri dei oratione leuiato

Quadaz die dū fratres habitacula eiusdē cel=le construerent lapis in me=dio iacebat quem in edificiū leuare decreuerunt. Cunqꝫ eum duo vl' tres mouere nō possent: pluresadiuncti sunt sed ita immabilismansit: ac si radicitus in terra teneret: vt palam daretur intelligi: qꝫ sup eū ipse per se antiqu⁹ hostis sederet: quem tanto=

Idē lapidē diabolo grauatū oratōe leuē fecit

eorum virorum manus mo
uere non possent. Difficulta
te igitur facta ad virum dei
missum est vt veniret et orā
do hostem repelleret vt la=
pidem leuare possent. Qui
mox venit ꝛ orationē faciēs
bñdictionem dedit et tanta
lapis celeritate leuatus est:
ac si nullum prius pond⁹ ha
buisset.

¶ Capi. x. De fantastico co
quine incendio

Tunc in conspectu viri
dei placuit vt in eodez
loco terram foderent. Quā
dum fodēdo altius penetra
rent: ereum illic idolum fra
tres inuenerūt. Quo ad ho
ram casu in coquinam pie=
cto exire ignis repente visus
est: atqꝫ cunctorū monacho
rum oculis: quia omne eius=
dem coquini edificium con=
sumeretur ostendit. Cūqꝫ ia
cendo fratres aquaz ad ignē
quasi extiguēdo perstreperēt:
pulsatus eodez tumultu vir
dei aduenit. Qui eundē ignē
in oculis fratrum esse i suis
vero non esse considerās: ca

Fātasti c⁹ idoli i-gnis oꝛōne resti ctus

put ꝓtinus ad oꝛonē flexit. ⁊ eos quos fātasticos reppe-rit igne de ludi vocauit. frēs monuit vt oculos suos signa rent: ⁊ sanū illō coq̄ne edifi-ciū assistē cernerēt: ⁊ flāmas q̄s antiquus hostis finxerat non viderent.

¶ Capi. xi. De puero cōfra-cto a pariete sanato.

Rursꝰ dū frēs parietē qꝛ res ita exigebat paulo altiꝰ erigerent: vir dei in oꝛō nis studio itra celle sue clau stra moꝛabatur. Cui ātiquꝰ hostis insultās appaꝛuit: ⁊ ei q̄ ad laboꝛantes frēs pgeret indicauit. Quod vir dei per nūciū celerrime frībꝰ indica uit dicēs. Frēs caute vos agi te: qꝛ ad vos hac hoꝛa mali-gnus spūs venit. Is q̄ māda tum detulit vix verba cōple uerat: et malignꝰ spūs eūdē parietē q̄ edificabatur euer tit: atq; vnū puerulū mona chū cuiusdē curialis filiū op pꝛimens ruina contriuit. Cō tristati omnes: ac vehemen ter afflicti non damnum pa rietis: sed contritionem fra-

diabolꝰ murū e uertēdo pueꝝ cō triuit.

tris venerabili patri. Benedicto celeriter cum graui luctu nunciauerit. Tunc idem pater. Benedictus dilaceratum pueruȝ ad se deferri iubet. Quem poꝛtare non nisi in sacco potuerunt: quia collapsi saxa parietis non solū eius membꝛa sed etiam ossa contriuerant. Pꝛecepitq̨ vir dei statim eum in cella sua i psyaco quo oꝛare consueuerat pꝛoiici. missisq̨ foꝛas fratribus cellaȝ clausit. qui oꝛationi instantius ꝙ solebat incubuit. Mira res. eadem hora hūc incolumen atq̨ vt pꝛius valentem ad eundem iterum laboꝛem misit: vt ipse quoq̨ parietem cum fratribus perficeret. de cuius interitu antiquus hostis bн̄dicto insultare credidisset.

Idē dilaceꝛatū pueruȝ oꝛōe resuscitauit.

Capitu. xii De monachis qui extra cellam comederant.

CEpit vero inter ista vir dei prophete etiam spiritu pollere. vētura ꝓdicere ꝑn̄tibus etiā absētia nūciare

